

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Atlas minor Gerardi Mercatoris**

**Mercator, Gerhard**

**Amsterodami, 1610**

Helvetia, cum finitimis regionibus foderatis

[urn:nbn:de:bsz:31-118360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-118360)

## Helvetia, cum finitimis Regionibus Fœderatis.

Regio.  
Nomina.  
Unde deducta.

Situs.

Solis fertilitas.

Animalium va-  
rietates.

**L**ugdunensi Tractui succedit apud Mercatorem ea Regio quam Romani *Helvetiam* vocarunt. Eam aut magnam ejus partem hodie vocant *Suiciam* aut *Sutiam*, a *Vitis* Saxoniarum populis, quos ob violatam sæpius fidem, sedibus suis ejectos Carolus Magnus in Alpes conjecit, quemadmodum & Nordalbingorum aliquot millia in Flandriam ac Brabantiam transtulit. Vel a Suecis qui tempore Sigberti Regis à Suecia in Helvetiam commigrarunt, sive inundationibus aquarum, sive numerofo Incolarum cœtu sedibus suis exclusi: vel denique a *Suisio* pago: vulgo *Switscher Land*. Dicitur & *Consideratorum terra*, vernacule *Eydgnoſchaft*, a fœdere quo inter se Helvetii juncti sunt. Hi Eutropio aliquando *Quadi* dicti fuerunt. *Helvetia* porro inter montem Iuram, Lacum Lemanium, Italiam & Rhenum sita est; Habetque ad Orientum Solis Tirolensem Comitatum, ad Aultrum Alpes Cottias, Lombardiam, Mediolanensem Ducatum & tractum Pedemontanum: ad Occasum Sabaudiam & Burgundiam: ad Septentrionem Rhenum. Patent autem Helvetiorum fines in longitudinem cccxl. millia passuum, ut ait Cæsar lib. 1. de bello Gall. quod & hodie verum est. At in latitudinem tantum lxxx. quam Cæsar aliquanto majorem facit. Regio omnis salubri fruitur Aère: ac licet celsis præruptisque Montibus aspera sit, ita tamen mitescere cœpit Incolarum indefesso labore, industria ac cultura, ut nulla parte stertilis sit: quin ad vitam sustentandam producat non solum necessaria, sed & ea quæ delitiis ac luxui inserviunt. Frumentum abunde profert, quanquam plerique in locis, nisi gleba exusta fuerit sementem frustra projeceris: verum huic incommodo Agricolarum labor ac industria occurrit. Vinum multa loca adeo generosum gignunt, ut Rhenense longe superet, & sapore & virtute. Huc accedunt pinguisima prata, in quibus tum greges, tum armenta magno numero pascuntur, ex quibus incolæ magnum percipiunt emolumentum. Ferarum etiam magnam multitudinem alit passim Regio, ut sunt Ursi, Cervi, Damæ, Capreoli, Ibices, Lynces, Apri, & aliæ, unde Incolis frequens venatio nec defunt Aves, quarum captura hic admodum felix. *Helvetia* Anarcha est, & libera, neque ulli principi subiecta, ex quo partim civilibus discordiis, partim inclementioribus & injustioribus imperiis illorum qui pro Imperatoribus ea loca administrarunt Helvetii incitati, quibus accessit *Ubers* Nobilitatis, fœdere inito jugum excussere, atque in libertatem sese asserere. Initium confederationis fecerunt, Uri, Silvani, Sutesiens, in horum Opido. Exemplo invitata paullo post urbes reliquæ, cum irritare eas ac laceſcere potentes vicini non desinerent, idem fecerunt, & inita cum prioribus atque inter se societate, eaque archaisimis fœderum legibus devincta, potentiam confecerunt vicinis facile parem, quæ victoriis & sociorum accessione adaucta, tandem etiam formidabilis iisdem evasit. Ager Helveticus in quatuor partes finditur quas ipsi *Gow* vocant, voce Germanica, quæ Regionem vel Pagum significat: suntque hæc: *Zaichgow*, *Wistspietergow*, *Argow* & *Turgow*, Respublica vero Helvetiæ tribus constat partibus. Prima pars sunt 13 *Pagi*, quos Itali *Cantones*, Ori Germani vocant. Hi soli hoc juris habent præ aliis fœderatis, quod de omnibus ad communem Remp. Helvetiorum pertinentibus in publicis Cœventibus deliberant, & suffragia ferunt, omniūq. totius civitatis comodorum & incômodorum participes sunt: Præfecturas quas simul acquirierint, pari jure administrant, & reliquæ prædite publice







publice ex æquo participes sunt : videlicet *Tigurum*, & accessit Fœderi trium Pagorū anno Dom. c19 ccc17, *Berna* fœderi Helvetico juncta est anno c19 ccc17. *Lucerna* anno c19 cccxxx11 perpetuo fœdere tribus primis Pagis juncta est. *Uria*, *Uren* : *Suitia*, *Switz* : *Under-Walden* hæc primæ inter se fœdus constituerunt anno c19 ccc119. *Tugium*, *Zug* anno c19 ccc111 lex Pagis accessit. *Glarona* simul cum *Tugio* idem fœdus iniit. *Basilea* anno c19 151 se decem Pagis fœdere junxit. *Friburgum*, *Salodorum* simul anno c19 ccc111 in numerum Pagorum communi consensu receptæ sunt, & sic Civitas Helvetica x Pagis constitit. *Schaffhausen* anno c19 151 in numerum Pagorum recepta, cum xi pepigit. *Abbatiscella* anno c19 151 in numerum Pagorum recepta est. Hujus Pagi ager in 12 partes sive ordines divisus est, quas ibi *Roden* vocant, quarum sex conjunctæ Pago, *interiores* dicuntur ; reliquæ *exteriores*. Deliguntur autem è singulis partibus Senatores æquali numero xii qui toti regioni consulant, & fiunt in univ. cxi v Senatores. Secunda pars sunt fœderati, *Abbas* & *Opidum S. Galli* fœdere junctum 1v Pagis Helvetiorum anno c19 ccc17. Et post anno c19 ccc17 cum vi Pagis *Tiguro*, *Berna*, *Lucerna*, *Suitia*, *Tugio* & *Glarona* in perpetuum. *Rhetorum Populus Grapondæ* cum vii veteribus Pagis æternum fœdus pepigit anno c19 cccxcvii. *Curienfis* vero, quorum societas *Domus Dei* vocatur, anno c19 cccxc119. Tertia societas quæ *Decem Judiciorum* vocatur cum Helvetiis non pepigit, sed quia 11 prioribus, æterno fœdere cohaeret, etiam Helvetiis amicitiam & societatem fidam præstat. *Sedunum* cum *Valesia* tota fœdus æternum iniit cum Bernatibus, anno c19 ccc175. Et post cum Religionis controversia orta esset, *Hadrianus* Episcopus *Sedunensis*, & septem *Decumæ Valesianorum* fœdus fecere, anno c19 1531, *Friburgi* cum vii Pagis Helvetiæ *Lucerna*, *Uria*, *Suitia*, *Vnderwaldia*, *Tugio*, *Friburgo*, *Salodoro* ex integro Romanæ Ecclesiæ adherentibus. *Rotweil* primo fœdus iniit cum Helvetiis, anno c19 ccc171 in annos xv, quod aliquoties renovatum, anno demum c19 1519 perpetuo sancitum est. *Mulhusen* anno c19 ccc1719 Helvetiis fœdere juncta est. *Bienna Biel* Bernatibus se fœdere junxit annis 1303, 1306, 1352, ac 1367 arctissime. *Geneva* jus Civitatis cum Bernatibus pepigit, idque arctius firmavit, anno c19 1531, nondum tamen communi Pagorum Civitati inserta est. Tertia sunt Præfecturæ armis, aut spontanea deditione conquestæ : *Turgea*, *Turgow* anno c19 ccc17 in potestatem Helvetiorum redacta, cui vii vetustiores Pagi imperant. *Aquensis Baden* subjugata anno c19 ccc17, cui 11x primi Pagi imperant. *Rhegusti* anno c19 ccc17 conquesta a Pagis vii primis & xii regitur. *Sarionetum*, *Sarnogant* anno c19 ccc17 a Georgio Comite *Werdenbergensi*, vii primis Pagis venditum, a quibus & regitur. *Libera Provincia* capta anno c19 ccc17, vii veterum Pagorum Imperium agnoscunt *Lugano*, *Lucarno*, *Mendresium*, *Vallis Madia* : hæc 1v Præfecturæ ex dono Maximiliani Stortia Ducis *Mediolanensis*, anno c19 1511 in Helvetiorum potestatem pervenere ; His omnes Pagi præstant, excepta *Abbatiscella*. *Bilzoniem*, *Bellizona* : hujus Imperium 11 primis Pagis confirmatum est, anno c19 1511. *Valesia* quæ etiam hæc Tabula continetur, complectitur tres populos, & tria fœdera. Duo priores sunt *Viberi* & *Sedoni*, qui uno nomine *Liberi Valesii Superiores* dicuntur, & in vii Conventus quos *Decumæ* vel *Desenas* vocant, divisi sunt.



*Veragri*, qui & *Valesiani Inferiores*, Superiorum Imperio parent. Omnium tamen Princeps est *Episcopus Seldunensis*, qui summam, tam in Ecclesiasticis, quam in Civilibus rebus Authoritatem obtinet & Comes atque Praefectus *Valesiae* nominatur. Comitatum hic invenio *Werdenberg* & *Baronatum Sax.* Lacuum amplissimum *Lacus*. *Rivarius, Walenze: Neoburgensis, Nuwenburger Zee:* & omnium maximus *Aronius, der Bodenze,* quem *Solinus* & *Plinius Brigantium*, *Ammianus Marcellinus Brigantium* vocat, a *Brigantio* vetustissimo *Opidulo*. Longitudo ejus est  $\text{xxiv}$  millium passuum, latitudo minimum  $\text{xi}$ . *Ammiani* verba, quia luculentam *Topographiam Lacus* & *Rheni* cataraetarum continent, adscripsimus. Inter montium celsorum anfractus impulsu immensi *Rhenus* extenditur, qui penes *Aleontios* in deciduas cataraetas inclinatione pernici ut *Nilus* funditur, torrens ab ortu protinus primogenio, copius aquarum propriis irruiit, cursu simplici: tanquam adjutus nivibus liquatis & solutis alta divortia riparum abradens *Lacus* irradit rotundum & vastum, quem *Brigantium* accola *Rhetus* appellat; horrore squalentium silvarum inaccessum efficit, nisi qua vera in *Alamonia* virtus & sobria vita composuit locum *Barbaris*, & natura locorum, & caeli inclementia refragante. Hanc ergo paludem spumosis sternendo verticibus amnis irrumpens & undarum quietem permeans, mediam veluti funali, libramento interfecat, & tanquam elementum perpetua discordia separatum, nec aucto nec imminuto agmine quod intulit, vocabulo & viribus absolvitur integris. Quodque est impendium mirum, nec stagnum aquarum rapido cursu movetur, nec limosa sub colluvie cadatur propeans flumen, & confusum misceri non potest corpus: quod visum aegi ipse doceret aspectus, nulla vi credebatur posse discerni. Flumina vero *Helvetiam* rigantia *Flumina*, sunt *Rhenus, Rhodanus, Adua, Ticinus, Limagus, Byrsa, Langarus, Sara, Taurus* vulgo *Dur, Anus, Arola*, aliaque permulta. Montes hic enumerare vix opus est, cum notiores sint per Orbem *Rhetici* montes quam ut quisquam eorum nomina desideret. Verum ne hic quoque defuisse videar, prodam saltem aliquot. Summae *Alpes* nunc *Gothardi Mons* dicitur, hunc sequuntur *Peninae Alpes*: apud *Salassos* *Cottiae Alpes* & *Silvius* mons sunt. Dein *Montes S. Bernardi* major & minor. *Graiae Alpes* *Lepontiorum* sunt: *Adulas Mons* *Germanis der Vogel*, *Misauco* attingit. *Juliae Alpes* ac *Permurna* mons in *Engadinorum* ora sunt. Hinc *Valarius* & *Brantius* montes, apud *Vendones*: *Rhetico*, mons in *Rhucantiis* est. *Jurassus* mons, *Lemano* imminet *Lacui*. *Abnoba* montes in *Tulingorum* finibus sunt. Atque haec sunt hujus tractus famosissima juga. Sed de *Alpibus* fufius in *Italia*. *Silvae* sunt innumerae, singulae *Hercyniae* portiones sunt, cujus hic caput est, quamvis varia sibi hinc inde adsciscat nomina, utpote *Silva Brigantina, Rhywaldt, Bonwaldt*, ac nonnulla alia. *Helvetiorum* *Respublica* ex *Optimatum* & *Populi* imperio mixta est. Etenim ex his populis quibus tota *Civitas* constat, quidam merè *Democratico* imperio utuntur, ubi totius plebis consilio fere omnia aguntur, veluti in his *Pagis* qui nulla habent *Opida*, uti sunt *Vranii, Suitii, Vnderwaldii, Glaronenses* & *Abbattiscellani*: & par ratio est *Tuginorum*, quamvis hi *Opidum* habeant: alii ab *Optimatis* reguntur, ut omnes *urbes Helvetiae* *Tigurum, Berna, Lucerna* &c. sed cum potestas summa penes *Populum* sit a quo *Magistratus* eliguntur, mixtae sunt haec *respublicae*, & aliae magis *Aristocraticae*, aliae *Populares* sunt.